



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Cap. 4. De prima specie Irregularitatis quæ est ex defectu animæ,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

TITVLVS SECUNDVS.

De Irregularitatibus ex defectu, aut ex facto
sine delicto.

DE his in communia prænotandum est: quod etsi ut plurimum spectet ad solum Papam in eis dispensare, tamen quandores est dubia Episcopi esse iudicare num defetus qui occurrit talis sit, vt inducat irregularitatem, ex Innocen. ad cap. 1. De corpore vitiatis. Dubium vero est, num in religionibus exceptis id ipsum iudicare possint religiosorum Pralati. Nauar. enim in Enchir. cap. 27. num. 200. Post Sylu. verbo corpore, vitiatis quæb. 1. negat posse. Angelus autem eodem verbo num 5 & Taberna num. 3. affirmant posse: quod est quidem satis probabile, cum per exemplum ab Episcopo, Prælatus exceptus censeri possit habere in eo ius àequali Episcopali: Prior tamen sententia est tanquam tunc in præcepta sequenda.

CAPUT IV.

De prima specie Irregularitatis, quæ est ex
defectu animæ.

SUMMARIUM.

- 34. *Triplex defectus animæ, ex quo nascitur irregularitas.*
- 35. *Proueniens ex illiteratura.*
- 36. *Cuius literaturæ defectus constituit irregularitatem.*
- 37. *Quomodo verum sit irregularitatem ex illiteratura indisponibilem esse.*
- 38. *Amenis incapax est Ordine.*
- 39. *Qui iumentum incidit, postquam ad sanam mentem redit, irregularis manet, & quid agendum sit, vt v. leat ad Ordine promouerit.*
- 40. *Delictum aut insania proueniens ex reb. mentis feb. is, cef- fante, non rel. qui hominem irregulari.*
- 41. *Irregularis sunt furiosi lunatici epileptici: & sic Sacerdotes conuicte dicuntur, quid agendum sit, cum iis, vt ad Missæ celebationem admittantur.*
- 42. *Quid seruum cum obnoxia vertigine capituli vel animi deliquio.*
- 43. *Irregularitas d. moniacorum.*
- 44. *Irregularitas Neophytorum.*

34. **D**E F E C T U S animi inducens irregularitatem triplex est, unus literaturæ, alter vsus rationis proueniens ex infirmitate corporis, ita redundantie in animam, vt eam priue ipso vsu rationis, sicut accidit in furiosis, lunaticis, & comitali morbo laborantibus, ac in dæmoniacis. Tertius antiquitatis & firmitatis in fidei qualis defectus communiter est in Neophytis. Quibus in Enchir. cap. 27. num. 205. Nauar. addit defectum in fide, tam in eo qui hanc nondum receperit, vt in Iudeo, vel pagano: quam in eo qui receptam deseruit: vt in heretico vel apostata. Sed cum impedimentum recipendi vel administrandi Ordines in eo qui fidem nondum recepit, sit de iure diuino, quo baptismus præsupponitur in omnium aliorum sacramentorum receptione (ita ut ad hanc Ecclesia dispensare nequeat cum non baptizato) ipsum nequit censeri irregularitas, quæ inducitur tantum iure canonico, prout habitum est in cap. primo. Impedimentum vero in eo qui fidem deseruit, irregularitas est quidem, sed quæ merito ponatur in numero earum quæ nascuntur ex facto cum delicto.

De proueniente ex literatura defectu.

SECTIO I.

35. **D**E irregularitate autem ex defectu literaturæ notandum est primo induciam esse à iure per c. Illiteratos, distincta. 36. & per cap. vltimum. De temporibus ordinat. in 6. vbi literati ad clericalem tonsuram, atque adeo ad quemvis Ordinem promoueri prohibentur, ac per cap. vltimum, De

estate, & qualitate, vbi propter illitteratum Episcopus ab executione, & administratione officii amovetur.

Notandum est secundo, quenam ad singulos Ordines litteratura requiratur, definitum esse in Concil. Trident. scilicet 23. De reformatione, vbi cap. 4. prohibentur initiari prima tonsura qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quicquid legere & scribere nesciant: & cap. 11. statuitur conferendos clie minores Ordines iis quis saltem Latinam lingua intelligent: & in cap. 13. vt Subdiaconi & Diaconi ordinentur, in minoribus Ordinibus probati, ac literis & iis que ad Ordinem exercendum pertinent instructi: & cap. 14. vt ad presbyteratum assumentur qui ad populum docendum ea quæ scire omnibus necessaria est ad salutem, atque ad sacramenta administranda diligenter examine precedente, indecomprobentur; & less. 22. cap. 2. vt quia ad Episcopatum a sumendum est in universitate studiorum, magister siue doctor, aut licentiatus re sacra Theologia, vel iure canonico, merito sit promotus: aut publico aliquis Academia testimonio idoneus alio: docendos ostendatur.

Tertio notandum est: Concilium Trident. haec definientendo nō inducere irregularitates quæ nascuntur ex defectu literaturæ doctrinæ, quam exigit ad unumquemque Ordinem. Primo, quia nullo viutori verbo prohibitiuo, nisi loquendo de primâ tonsura, per quod insinuet se irregularitatem imponere ob talis doctrinæ defectum. Deinde si irregularites essent qui promouentur ad quemque Ordinem sine doctrina ad cum requisita per Concil. ipsum, pari ratione essent quicunque deficerent in aliquo ex iis que idem Concilium in istis locis ad Ordines similiter requirit, si que in infinitum multiplicarentur irregularitates, quod est incongruum.

Itaque defectus doctrinæ constitutus irregularitatem est folius ille, qui hec minime deneminat illiteratum (quia de hoc tantum memorata iura expressam mentionem faciunt) atque adeo illiteratum penitus: vt ad cap. Illiteratos, dist. 36. glossa interpretatur. Quo nomine significari cum qui nunquam grammaticam audiuit, deduct potest ex c. fin. De ætate & qualitate: vbi de quedam qui, quoniam illiteratus, depositus fuit: dicitur quod de nunquam de grammatica didicisset, nec Donatum legi set. Adcuit illi qui aliquo modo in literis versati sunt, etiam si non multum profecerint, nō videantur illiterati censendi, sufficienter ad irregularitatem: præsertim quando in illis, quod imperfectum est scientiæ, supplet perfectio: haritatis, ex cap. Nisi cum pr. d. m. De renunc. §. Pro defectu.

Quarto notandum est: cum talis est defectus doctrinæ in unoquoque Ordine, & officio: vt ordinatus non possit propter ignorantiam fungi suo munere: tunc & qui ordinatur & qui ordinat peccare mortaliter: atque si periculum sit de aliqua irreuerentia in vsu Ordinum, vt in celebratione Missæ, teneatur ordinatus ab illo abstineret sub pena peccati mortalis: quia ratio naturalis dicitur, diuina esse irreuerenter, digne administranda.

Vnde intelligimus quatenus admittendum sit quod Majoribus habet in lib. de irregular. cap. 32. nu. 13. defectum literaturæ indisponibilem esse. Id enim verū est habitus respectu ad Ordines eos, qui vt debite exerceantur, doctrinam requirunt: quia enim impedimentum eorum exercendorum in illiterato, est de iure naturali, Papa non potest super eo dispensare. Habitus respectu vero ad eos Ordines quorum rectus vsus non haberet sciam doctrinam: sed sufficere potest quod quis correcte legat: vt cum talis vsus non haberet adiunctum onus docendi populum, aut conficiendi vel conferendi sacramenta (velut vsus minorum Ordinum) aut cum ante tempus vterti Ordinibus suscepitis comparabitur literatura sufficiens ad eorum debitum usum: tunc, quia in illiterato impedimentum exercendorum Ordinum est tantum irregularitas de genere impedimentorum Ecclesiasticorum, Papa potest super eo dispensare: sicut super certis Ecclesiasticis impedimentis: quamquam ex

Nauar. in cit. num. 205. id non solet,
& merito.

De irregu-

De irregularitate proueniente ex carentia vsus rationis.

S E C T I O N I I .

De irregularitate ex defectu vsus rationis quae imponitur in cap. Infames. 6. quæst. i. notandum est primo, eos qui omnino carent vsu rationis, ut amentes, non tam esse irregularis, quam naturali, diuinoque iure ineptos ad Ordines iuxta antedicta tract. i. num. 30. Quia de causa merito monet Nauar. loco cit. versu. 4. neque Papam posse cum talibus dispensare. Nam cum suscepit Ordinis sit actus quidam moralis requirit ex sua natura, liberum voluntatis consensum, qui sine deliberatione esse nequit; nec deliberatio sine usurrationis, ita ut merito iudicetur contra naturam esse, viis qui omnino destitutur rationis vsu, ad Ordines promouatur, praesertim cum omne quod alienata mente agitur, fletu potius dignus sit, quam Ecclesiastici Ordinis homo argumento cap. Quamuis sit triste, 7. quæst. i.

Porto nemo qui amens aliquando fuit, statim atque ad se redire, liberatur impedimento recipendi vel exercendi Ordines, quasi exstante causa cesset & efficitur: sed manet irregularis, per cap. Maritum, distinct. 33. vbi si quis aliquando in furiam versus intantur, id est, furiosus, lunaticus aut epilepticus fuit, & a fortiori is qui plene amens fuit (etiam si promotus non degenerat, ex memorato cap. Quamuis) prohibetur promoueri. Ratioque esse potest, quod ordinarii illi qui se vel amentes fuerunt, vix solent sic conualecere, quin interdum in eamdem amentiam recidunt. Quocirca cap. Nuper, 7 quæst. 2. in fine, triginta diebus probandi sunt: atque per cap. Communiter, distinct. 33. non ante permittuntur sacris altaribus ministrare, quam viii anni spatio per discretionem Episcopi inueniantur sanitatem recuperasse. Ex quibus verbis aduerte colligi, cum annum esse numerandum ab illo tempore quo recuperata est integrata sanitas: non autem ab eo quo excepta est recuperari. Quia vero tale negotium discretioni Episcopi committitur, dici potest cum D. Anton. 3. par. tit. 28. cap. sub finem, & Rose. 2. verbo. *Virtutis corporis, atque tamen iena verbo, Corpore virtutis sub finem: tempus talis probationis positum est in arbitrio Episcopi: qui penitus sufficenter conditionibus morbi & personæ (& praesertim iudicio medico) ruit, quod ita sit recuperata sanitas ut dubitari deinceps non debeat de relapsu) statuat num citius, aut tardius, debeat admittere ad Ordines, aut ab eis excludere liberatum ab infirmitate.*

Intelligenda autem sunt haec deo, qui in veram amentiam incidit ex Nauar. in Enchir. cap. 25. num. 72. nam si quis obnubilatorem febrem delireat, aut insaniat, sublata febre, ac cessante delirio, & insania; nihil obstabit, quin possit statim promoueri; ut communem receptum que apud omnes viuum obtinet habeat Maiolus in lib. 2. De irregularitate cap. 3. num. 6. Vbi addit ipsum de quo agimus, impedimentum amentia congruere quoque possit, quos stolidos, bards, aut hebetes vocant; argumento cap. Petrus, distinct. 39. Licer interdum populis ad coquilectris sit, ut crassioris ingenii, & hebetioris se a filius hominem, propter dignorum penuriam & necessitatem, non sit indignum illi prefici in sacramento tum administratione; praesertim cum stoliditas & hebetudo non pertinet ad priuationem vsus rationis, sed solum ad tarditatem, & obtutam conditionem mentis, ita ut aliquam docilitatem secum patiatur.

Notandum est secundo, praeter veram amentiam dari certum defectum vsus rationis, quo irregularitas inducitur; qualis est in furiosis, lunaticis, & epilepticis, seu caduco morbo laborantibus, qui irregulares constituantur per cap. Maritum, & cap. Communiter, distinct. 33. De quibus plura Maiolus in citato lib. 2. c. 14. 15. 16. sed ad Confessarij institutione obseruantur sufficiet in talibus, se Sacerdotes sint, adiumentis ad ministerium altaris, cum penitus convaluisse dicuntur, seruandum esse id ipsum quod secundum canones paulo ante dente cap. indicatum est: neque triginta diebus faciendum esse periculum de recuperata sanitate, & a tempore penitus recuperatae sanitatis expectandum esse viuum annum (aut certe plus, vel tri-

nus, prout Episcopus arbitratus fuerit) antequam admittatur.

Addi seruandas esse quoque sequentes conditions. Prima, ut valde raro, velut semel in mense, ac rarius corripiantur tali morbo, nam si sepius corripiantur, admitti prohibentur expesse, cap. In literis, 7. quæst. 2. Secunda, ut ipsa correptione non sit valde vehemens, ut contingit cum est sine clamore, sine villa spuma, sine magna, & horribili corporis agitatione: alioquin enim etiam si remittantur in anno talis vehemens correptione contingere alicui, is non esset ad Missæ celebrationem admittendus, ex ante memorato cap. Communiter. Tertia, ut ex ea celebratione nullum scandalum (proper quod illam prohiberi patet, ex cap. Vsque adeo, distinct. 33.) oriatur: ut fere fieri si duas precedentes conditions absint. Quarta, ut talibus celebrantibus adsit alius Sacerdos ieiunus, qui ipsorum vice totum Missæ sacrificium perficere possit, si forte contingat ei, inter celebrantem morbo corripi. Hæc colligitur ex cap. Nihil, & ex cap. Nihil, 7. quæst. i.]

Ex quibus inferre licet quod Maiolus sub finem 16. cap. citati habet: eos qui patiuntur leues affectiones inducentes defectum vsus rationis, ut vertiginem, syncopem, deliquium animi, aut similes, non impediti à celebrationi Missæ, et si temere se illi ingerere non debant, sed alium Sacerdotem habere, qui mysteria, si porteat, vice ipsorum perficere possit. Immo nec impediti à susceptione Ordinum, nisi Medicorum iudicio talis esset vertigo qua mortificaci prænuntia, ipsum immixtum significaret; aut certe nisi simul magna esset, & latissim frequenter contingere: ut amplius, quam quater in anno: quo casu susceptionis obstat periculum imminentis scandali populi, & irreuerentia Sacramenti.

De ea Irregularitate qua demoniaci, & ea qua Neophyti ab Ordine eiciuntur.

Terti notandum est: Dæmoniacos expressi definiri irregularis in cap. Communiter, distinct. 33. Quamuis autem de promotis tantummodo loqui videatur, prohibendo ne audeant sacris aliisibus ministrare, vel temere sacramenta diuinis le ingerere: tamen quia (ut habet proposicio recepta) Quidquid deinceps promotum, multo magis impedit promouendam: intelligi debet etiam de promouendis: praesertim cum dæmoniaci ipsi ex cap. Clerici, ead. distinct. non modo iij qui adhuc sunt vexationibus dæmonis obnoxii, sed etiam effectu ab eis omnino liberi, ad sacros Ordines promoueri non possint, etiam si possint ad minoris: ut deduci potest ex eiusdem capituli verbis illis: Si ad superiori sacram regiminis gradum ascendere non possint] quia quidem tantum indicant prohibitionem susceptionis Ordinis maioris. Porro eos qui iam initiati sacris Ordinibus vexantur a dæmonibus, non esse admittendos ad altaris ministerium quo usq; viii anni spatio per discretionem Episcopi inueniantur ab ea vexatione liberati, expresse habetur ex citato cap. Communiter. Aduerte vero per synodum sextam generalem Constantinop. can. 60. eos qui se dæmoniacos esse simulant, etiam si non sint, perinde subjici irregularitatem, ac eos qui a dæmons vere concepti sunt.

De Neophytis demum, seu Saracenis, Iudeis, aut Paganis recenter conuersis, aut baptizatis recenter (id est nondum expletis decem annis in vera fide post suscepit baptismum, ex Nauar. cap. 27. nu. 205. arguendo cap. Eam te, Derecriptu) quod irregulares sint, constat ex illis verbis D. Pauli prioris ad Timoth. cap. 3. non Neophyti: & ex distin. 48. cap. 1. & 2. Cuius irregularitatis causam adfert ibidem Apostolus, nec in superbiu[m] elatus incidat in laqueum diaboli. Altera causa in cit. cap. 1. insinuat, quod alios docere ne sat, qui ipse non didicit. Adde quod habetur in cap. Misericordia, distin. 6. miserum sit eum fieri magistrum, i. nunquam fuit discipulus: eumque summum sacerdotem fieri, qui in nullo gradu in unquam obsecratus est.

Quamquam tamen in Neophyto nonnihilquam tanta apparet charitas, humilitas, & eruditio in ijs quæ ad finem pertinent, ut sine dilatione longa possit, nam debeat cum ipso dispensari, si id necessitas Ecclesia exigere videatur

42.

43.

vt ex-

ut exemplis beatorum Nicolai, Seueri, & Ambrosii docetur eadem distin. 61. cap. Statuimus, Quod & in sequenti cap. confirmatur his D. Ambroſii verbi, Neophytus prohibetur ordinari ne extollatur in superbiam: sed si non defecit humilitas competens sacerdotio, ubi causa non adhæret, vitium non imputatur. Vide Couarr. ad Clemen. Si furiosus, 1. par. §. 2. num. 7. & 8. In istiusmodi autem irregularitate ut & in precedentibus prouenientibus ex anima defectibus solus Papa dispensare potest, prout Nauar. sub finem citati num. 205. exprefit. Nec enim sunt de numero earum, quarum dispensatio est à iure Episcopis concessa, de quibus dictum est in prece. cap. 3. sect. 4.

CAPUT V.

De secunda specie Irregularitatis, quae est ex defectu corporis.

SUMMARIUM.

- 44 Ratio generalis iudicandi de irregularitate ex defectu corporis.
- 45 Tali defectus vel est membra, vel morbi corporis, de cuius sufficientia ad irregularitatem iudicare est Episcopi.
- 46 Observanda in genere de membris defectu inducente irregularitatem.
- 47 De eo qui sua culpa patitur eiusmodi defectum.
- 48 De eo qui in eum inducit post suceptum Ordinem.
- 49 Defectus induentes irregularitatem ex parte capillorum, aut oculorum.
- 50 Ex parte aurium, auricularum, aut nasi.
- 51 Ex parte laborum, aut dentum, aut lingue, aut faciei.
- 52 Ex parte dorsi, aut pectoris, aut genitalium.
- 53 Ex parte manuum, quatenus defectus inducat irregularitatem.
- 54 Quando claudicat inducat irregularitatem.
- 55 Morbus inducens irregularitatem & specialiter de lepra.
- 56 De pfora & lue Venerea.
- 57 De hibisci podagra, chirurgia & quibusdē febris & doloribus capitii.
- 58 De paralyse, horre bibendi ruminis, & languore stomachi.
- 59 Duo circumscripsiōes irregularitatis observatione digna.

DE hac per cap. penult. & ultimum, De corporibus vitiatis, & per cap. 2. De Clerico agrotante, statui potest generalis propositio quam habent D. Anton. 3. par. tit. 28. initio quinq̄ capitis, atque alii quorum Couar. meminit. ad Cl. ment. Si furiosus 1. par. initio cap. 5. quamque ex Panorm. ad praecitatum cap. 2. num. 2. refert. Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 200. Eum corporis defectum inducere irregularitatem, cui coniuncta est inhabilitas ad officium Ordinis exercendum, vel deformitas notabilis, quæ populo scandalum, aut horrorem inducat.

Aduerte autem ex eodem Panormit. in sequen. num. 4. defectum corporis irregularem facere tantummodo quod officium illud Ordinis, ad quod exercendum reddit inpetto: sic enim defectus duorum digitorum cum medietate palme impedit quidem Sacerdotem ne Missam celebrare possit, non item ne alia officia Sacerdotalia exercere, ut consilios audire, per scriptum textum in memorato cap. 2. Quod ex eodem, Nauar. loco citato addens: ita restrigendum putat, ut id verum sit, quando quis tales defectum non incurrit sponte, aut sua culpa. Ita quod iam ordinatos, & non quoad ordinandos. Cui fauet quod idem capitulum 2. quo Panormit. initiat, aperte loquatur de Sacerdote qui sine sua culpa, & postquam ad sacerdotium promovet fuerat, in defectum memoratum incurrerat. Fauet etiam ratio; quia in eo qui sponte aut culpa sua defectum patitur, celsit excusat: neque Ordinis collatio sit ad unum officium ipsius, & non ad alterum: adeo ut ille qui ob impedimentum exercendi aliquod officium Ordinis, ab eius susceptione arceret, simpliciter arceri censeatur.

Ceterum omni ciusmodi corporis defectus, quo irregularitas inducitur, vel est defectus aliquius membra, id est,

partis humani corporis officium per se distinctum habens, prout explicat Nauar. in sequenti num. 206. vel est aliquis corporalis morbus de quo cum dubitatur sit etiam qui Ordinis executionem impedit aut scandalum gignat, Episcopi est determinare: vt omnes qui hac de re tractant sentirentur Couar. ad Clemen. Si furiosus, par. initio, num. 5. & confirmatur ex cap. 2. de corpore vitiato, ubi Ponitex quod de macula in oculo obiectebatur cuidam tanquam de impedimento obtinendi Episcopatum, iudicium relinquit Archiepiscopo ferendum cum concilio suorum suffraganeorum.

Nota vero ex D. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 5. in tali determinatione consilium Episcoporum ita necessarium est, vt si ipsum non adhibeat, illa nullius momenti sit: cum non fiat secundum summi Pontificis praescriptum. Quamquam si adhibito consilio Archiepiscopus fecit, quam id ipsum consilium iudicet atque determinaret, non quidem ex sola amilividine, sed quia id iustum sibi videtur (quandoque idem ad illius tantum instructionem consilium exigitur) ex similitudine Panormitanus ad citatum cap. 2. De corpore vitiatis, talem determinationem esse validam: ita ut determinatus irregularis debet pro dispensatione recurrere ad Papam, qui solus eam dare potest super irregularitate ex defectu corporis; vt Nauar. cap. 27. num. 209. docet. Determinatus vero non irregularis possit sine dispensatione promoueri. Quod idem iudicandum videtur de determinatione Episcopi non admittentis vel non sequentis consilium eorum qui in tali difficultate vices suffraganorum supplere possunt: nisi communis patriæ coniunctudo praescripta aut speciale priuilegium aliud fera.

De Irregularitate ex defectu membra vniuersitatis.

SECTIO I.

ATque de membris defectu inducentiae irregularitatem hec in genere obseruanda occurrūt. Primum est: Eum non tantum confidere in mutilatione qua quis priuat membro, vt ille cui abscessa est manus, vel effossus oculus: sed etiam in debilitatione, qua quis habet quidem membrum integrum, sed inefficax & inutile: vt is qui manum habet aridam, vel oculum orbatum visu. Ratio in promptu est quoniam ex ea debilitatione perinde sequi potest inhabilitas ad exercendum officium Ordinis atque ex abscessione.

Secundum est: Defectum membra necessarium ad executionem Ordinis, vel qui habet coniunctam deformitatem notabilem, inducere irregularitatem: tam in eo qui sine sua culpa, quam in eo qui cum sua culpa cum contraxisit, iuxta cap. 2. De Clerico agrotante: atque adeo totum titulum de corpore vitiatis. Et ratio est: quod tales defectum ad praecitatum cap. 2. num. 2. refert. Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 200. Eum corporis defectum inducere irregularitatem, cui coniuncta est inhabilitas ad officium Ordinis exercendum, vel deformitas notabilis, quæ populo scandalum, aut horrorem inducat.

Tertium est: Defectum membra, quod nec est necessarium ad executionem Ordinis, nec annexam habet notabile deformitatem, non reddere irregulararem eum, cui sine propria culpa contingit: vt censemur contigisse ei qui vacans relicit, casu sibi ipse, aut chiurgus propter valetudinem, aut aliis absque propria sua culpa, tale membrum abscesserit. Istud constat ex cap. Qui partem, & aliquot sequentibus, distin. 55. Ex cuius capitulo glossa prima addit, eam demefit rationem si quis præscinderet sibi digitum superfluum aut aliam partem superfluum, ac si præscinderet sibi ingeres, aut dentes nimis longos: dummodo, vt mons Angelus verbis *Corpo vitiatus n. 1.* talis præcisio fieri possit sine deformitate corporis.

Quartum est: defectum membra, irregularem efficere, um cui cum peccato contingit, ex cap. Maritum, distin. 33. vbi statuitur non promouendus is, qui semetipsum abscedens, aliquod membrum indagatione, vel timore sue iusto siue iniusto superatus truncauerit. Quod intellige, ex Couar. ad Clemen. Si furiosus 1. parte initio, num. 5 in fine, etiam si membrum sit occultum, nec suo defectu inducat notabilem deformitatem, nec etiam necessarium sit ad executionem Ordinis: vt pudenda de quibus est textus expressus distin. 55. cap. Si quis abscederit, & cap. Si qui. Etiam si item non a seipso sed ab alio mutilatus sit sua culpa: nempe quia iussit,